

LE NOUVEAU TESTAMENT.

PRÆFATIONES SANCTI HIERONYMI.

IN EVANGELISTAS.

EX PROLOGO IN COMMENT. SUPER MATTHÆUM.

Tom. IV, 1^a part., col. 2 et 3. Ed. Ben.

Primus omnium (evangelistarum), Matthæus est publicanus cognomento Levi, qui evangelium in Judæa hebræo sermone edidit: ob eorum vel maxime causam, qui in Jesum crediderant ex Judæis, et nequaquam legis umbram, succedente evangelii veritate, servabant.

Secundus, Marcus interpres apostoli Petri et Alexandrinæ ecclesiæ primus episcopus, qui Dominum quidem Salvatorem ipse non vidit, sed ea quæ magistratum audierat prædicantem, juxta fidem magis gestorum narravit quam ordinem.

Tertius, Lucas medicus, natione Syrus, Antiochensis (cujus laus in evangelio), qui et ipse discipulus apostoli Pauli, in Achaiæ Bœotiæque partibus volumen condidit; quædam alius repetens, et, ut ipse in proœmio confitetur, audita magis quam visa describens.

Ultimus, Joannes apostolus et evangelista, quem Jesus amavit plurimum; qui supra pectus Domini recumbens, purissima doctrinarum fluentia potavit, et qui solus de cruce meruit audire: *Ecce mater tua*. Is quum esset in Asia, et jam tunc hæreticorum semina pullularent, Cerinthi, Ebionis, et cæterorum qui negant Christum in carne venisse (quos et ipse in epistola sua antichristos vocat, et apostolus Paulus frequenter percudit) coactus est ab omnibus pene tunc Asiæ episcopis, et multarum ecclesiarum legationibus, de divinitate Salvatoris altius scribere, et ad ipsum, ut ita dicam, Dei Verbum, non tam audac quam felici temeritate prorumpere. Et ecclesiastica narrat historia, quum a fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto jejunio in commune omnes Deum precarentur: quo expleto, revelatione saturatus, in illud proœmium cælo veniens eructavit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.*

Hæc igitur quatuor evangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoque volumen probat, in quo prima visio ita contextur: *Et in medio sicut similitudo quatuor animalium: et vultus eorum facies hominis, et facies leonis, et facies vituli, et facies aquilæ*. Prima hominis facies, Matthæum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Secunda Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus*. Tertia vituli, quæ evangelistam Lucam a Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfiguratur. Quarta Joannem evangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, et ad altiora festinans, de Verbo Dei disputat.

Cætera quæ sequuntur, in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta, et pennati pedes; et quocumque ibat spiritus, ibant, et non revertabantur; et dorsa eorum plena oculis; et scintillæ ac lampades in medio discurrentes, et rota in rota, et in singulis quatuor facies. Unde et Apocalypsis Joannis, post expositionem viginti quatuor seniorum, qui tenentes citharas et phialas adorabant Agnum Dei, introducit fulgura, et tonitrua, et septem spiritus discurrentes, et mare vitreum, et quatuor animalia plena oculis, dicens: *Animal primum simile leoni, et secundum simile vitulo, et tertium simile homini, et quartum simile aquilæ volanti*. Et post paululum: *Plena erant, inquit, oculis; et requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est*. Quibus cunctis perspicue ostenditur quatuor tantum evangelia debere suscipi, et omnes apocryphorum nœnias mortuis magis hæreticis quam ecclesiasticis vivis canendas.

IN B. MATTHÆUM.

EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Tom. IV, 2^a part., col. 102.

Matthæus, qui et Levi, ex publicano apostolus, primus in Judæa propter eos qui ex circumcissione crediderant, evangelium Christi hebraicis litteris verbisque composuit. Quod quis postea in græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca... Animadvertendum quod ubicumque evangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturæ testimoniis abutitur, non sequatur Septuaginta translatorum auctoritatem, sed hebraicam, e quibus illa duo sunt: *Ex Ægypto vocavi filium meum. Et: Quoniam Nazaræus vocabitur.*

IN B. MARGUM.

Ibidem, col. 104.

Marcus, discipulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breve scripsit evangelium. Quod quum Petrus audisset, probavit; et ecclesiis legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto *ὑποτύπωσιον* libro scribit. Et Papias, Hierapolitanus episcopus, meminit hujus Marci; et Petrus, in epistola prima, sub nomine Babylonis figuratiter Romam significans: *Salutat vos quæ est in Babylone coelecta, et Marcus filius meus*. Assumpto itaque evangelio quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum, et primus Alexandria Christum annuntians, constituit ecclesiam, tanta doctrina et vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judæorum, videns Alexandria primam ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat, Jerosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandria sub Marco fieri doctore cernebat, memoriam tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno, et sepultus Alexandria, succedente sibi Aniano.

IN B. LUGAM.

Ibidem, col. 104.

Lucas, medicus Antiochensis, ut ejus scripta indicant, græci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, et omnis peregrinationis ejus comes, scripsit evangelium de quo idem Paulus: *Misimus*, inquit, *cum illo fratrem, cujus laus est in evangelio per omnes ecclesias*. Et ad Colossenses: *Salutat vos Lucas medicus carissimus*. Et ad Timotheum: *Lucas est mecum solus*. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicarum Πράξεων prænotatur: cujus historia usque ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum.

Igitur περιόδου Pauli, et Theclæ, et totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes apostoli, inter cæteras ejus res, hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quemdam in Asia σπουδαστήν apostoli Pauli, convictum apud Joannem, quod auctor esset libri; et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.

Quidam suspicantur, quotiescumque in epistolis suis Paulus dicit: *Juncta evangelium meum*, de Lucæ significare volumine; et Lucam non solum ab apostolo ab Paulo didicisse evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed et a cæteris apostolis. Quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat dicens: *Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis*. Igitur evangelium sicut audiverat scripsit. Acta vero apostolorum sicut viderat composuit. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem, vicissimo Constantii anno, ossa ejus cum reliquiis Andreæ apostoli translata sunt.

IN B. JOANNEM.

Ibidem, col. 105.

Joannes, apostolus, quem Jesus amavit plurimum, filius Zebedæi, frater Jacobi apostoli quem Herodes post passionem Domini decollaverat, novissimus omnium scripsit evangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Unde et compulsus est divinam ejus nativitatem edicere. Sed et aliam causam hujus Scripturæ ferunt: quod cum legisset Matthæi, Marci et Lucæ volumina, probaverit quidem textum historiæ, et vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo et passus est, post carcerem Joannis, historiam texuisse. Prætermisso itaque anno cujus acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narravit, sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor evangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωρίαν, quæ videtur Joannis esse cum cæteris, tollit.

Scripsit autem et unam epistolam, cujus exordium est: *Quod fuit ab initio, quod audivimus et vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostre contrectaverunt de verbo vitæ*; quæ ab universis ecclesiasticis et eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: *Senior Electæ dominæ et natis ejus*: et sequentis: *Senior Gaii carissimo, quem ego diligo in veritate*. Joannis presbyteri asseruntur, cujus et hodie alterum sepulcrum apud Ephesum ostenditur; et nonnulli putant duas memorias (*id est, duo sepulcra*) ejusdem Joannis evangelistæ esse... Quarto decimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus martyr et Irenæus. Interfecto autem Domitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Nerva principe redit Ephesum; ibique usque ad Trajanum principem perseverans, totas Asiæ fundavit rexitque ecclesias; et confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus, juxta eandem urbem sepultus est.

PRÉFACE

SUR L'ÉVANGILE SELON SAINT MATTHIEU.

1 Ce que l'on sait de saint Matthieu. — 2. De la composition de son Evangile. — 3. Analyse de cet Evangile. — 4. Du but de l'Évangéliste.

1. Saint Matthieu, fils d'Alphée, l'auteur du premier de nos quatre Evangiles, est né en Galilée. Il était juif et publicain. Sa profession était considérée comme vile et méprisable par ceux de sa nation. Il l'exerçait à Capharnaüm, lorsque Jésus le choisit pour être du nombre de ses douze apôtres.

Avant sa vocation, il portait aussi le nom de *Lévi*, et c'est ainsi que l'appellent saint Marc et saint Luc dans le récit qu'ils font de sa conversion. Mais ils lui donnent tous les deux le nom de Matthieu dans l'énumération qu'ils font des douze apôtres (Marc., III, 48; Luc., VI, 45), et c'est sous ce nom qu'il fut le plus connu après sa vocation.

Le surnom d'Alphée ou de fils d'Alphée que lui donne saint Marc, a fait croire à quelques auteurs anciens et à tous les Grecs modernes qu'il était le frère de saint Jacques, fils d'Alphée ou le Mineur; mais ce nom d'Alphée était très-fréquent chez les Juifs, et il n'y a rien à conclure de cette homonymie.

Quoi qu'il en soit, il était à son comptoir hors de la ville de Capharnaüm, sur le bord du lac de Tibériade, lorsque le Seigneur, voulant montrer que personne ne doit désespérer de son salut, lui dit de le suivre. Il eut la générosité de tout quitter, et il devint ainsi l'un des douze qui accompagnèrent Notre Seigneur dans ses prédications, et qui prêchèrent ensuite eux-mêmes son Evangile à toutes les nations.

On ne sait pas dans quelle contrée saint Matthieu exerça son ministère apostolique. Les monuments des deux premiers siècles de l'Eglise ne nous donnent aucun renseignement à ce sujet. Rufin, Socrate et quelques autres auteurs ecclésiastiques, rapportent qu'il prêcha dans l'Ethiopie. D'après saint Ambroise et saint Paulin, il aurait évangélisé la Perse ou le pays des Parthes. Enfin, il y en a qui disent qu'après avoir parcouru les contrées les plus éloignées, il termina sa mission dans l'Arabie Heureuse, et que là il fut brûlé vif.

2. Tous les Pères enseignent que saint Matthieu est le premier des auteurs inspirés qui ait écrit l'Evangile. C'est ce qui l'a fait mettre à la tête des autres évangélistes dans tous les exemplaires du Nouveau Testament. Ils assurent en outre unanimement qu'il a composé son Evangile avant la dispersion des apôtres. Ces deux faits nous semblent incontestables.

La question est de savoir à quelle époque les apôtres ont quitté la Judée pour aller instruire tous les peuples du monde, suivant l'ordre que Jésus leur en avait donné. Saint Paul n'ayant pas trouvé d'autres apôtres à Jérusalem que saint Pierre et saint Jacques, lorsqu'il y vint l'an 37, on en a conclu que le fait de la dispersion avait déjà eu lieu, et comme saint Matthieu composa son Evangile